



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Vxor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

tur puer illum habere, cum ob malefactum
 verecundatur, & discernit bonum à malo.
 Et interrogatus, an sit bonum, innocentem
 interficere, furari, patri aut matri maledi-
 cere, &c. ille negatiuè respondet: aut inter-
 rogatus, an sit bonum pauperi succurrere,
 adire Ecclesias, non furari, &c. ille affirma-
 tiuè respondet. cap. 21. num. 33. Præsumi-
 tur autem in foro exteriori post septem
 annos & non ante. capite vigesimo septimo,
 num. 230.

 V X O R.

A **N**ON potest mutare habitum sine licen-
 tia mariti in habitum religiosorum
 tertij ordinis. capite duodecimo, nume-
 ro 62.

Peccat mortaliter vxor, quæ est notabi-
 liter inobediens marito in his quæ ad re-
 gimen domus, & bonos mores pertinent.
 Vnde aliquando obligatur sub mortali præ-
 cepto mariti obedire. Peccat etiam morta-
 liter, quæ non vult sequi maritum aliò mi-
 grantem, nisi præcessisset pactum, ne aliò
 migraret, & nulla esset iusta necessitas, quæ
 cogeret eum à pacto recedere: & vel si vir
 sit vagabundus, & non erat talis, quando
 con.

contraxerunt. cap. 14. num. 20.

Potest discedere à marito pertrahente B
eam ad mortale. cap. 16. num. 22.

Potest de bonis mariti nolentis restituere, soluere eius debita, etiam contra expressam voluntatem eius. cap. 17. nu. 117.

Accipiens verò aliquid notabile ex bonis mariti contra voluntatem eius pro cognatis, vel ludis, vel pro pigmentis, &c. peccat mortaliter, & tenetur restituere. numero 153.

Et licet maximam dotem dederit marito, non tamen potest absque eius licentia notabilem quantitatem alteri dare simul, nec minutatim, si à principio statuit dare notabilem quantitatem. nu. 155.

Nullam eleemosynam potest facere, nisi in his casibus. I. Extremè indigenti. II. Vbi consuetudo habet, quòd paruas possit facere, & hoc quamuis maritus expressè contradicat: dummodo non intelligat, quòd verè & ex animo contradicit. I II. Ad evitandum graue malum temporale vel spirituale mariti. I V. Si maritus est amens. V. Si est absens. Sed in his duobus casibus, non potest dare amplius quàm id quod maritus sanus vel præsens dare solitus erat. V I. quòd maritus pro eius victu designat aliquid certum, & ex eo parcius viuendo adimit

GGg 4 aliquid

aliquid erogandum in pauperes. V I I. Si habet bona paraphernalia, V I I I. Quando propria arte lucratur aliquid, dummodo lucra non sint communia, vt contingit in Hispania. num. 153. 154. 155.

D Vxor habet administrationem domus absente marito, nisi aliter statuatur per maritum, vel superiorem. num. 154. Potest disponere de bonis paraphernalibus pro sua voluntate, nisi consuetudo, vel statutum patriæ esset in contrarium. num. 155.

Si dedit marito dotem sufficientem ad sustentandum, & lucratur aliquid per artem texendi, aut suendi, &c. potest de huiusmodi lucris disponere: non tamen in regno Hispaniæ; vbi lucra communia sunt, & administratio reseruatur marito. ibidem.

E Dimidia lucra, quæ acquiruntur vxori, acquiruntur reuocabiliter. ibidem.

Potest, si maritus est prodigus, clam accipere aliqua, etiam reclamante marito, vt prouideat domui. Licet potest etiam in foro conscientiæ totam dotem repetere mortuo marito. Quamuis ille multa superflua impendisset in alendo & ornando eam. ibidem.

F Donata vxori à consanguineis ad eam pertinent, & ad maritum, quæ ei dantur à consanguineis ipsius. num. 166.

Dotem

Dotem acceptam à patre vsurario, non potest restituere sine licentia mariti. Peccat tamen si conuenit cum marito de non restituendo. num. 272. Quomodo possit sustentari de bonis mariti, non habentis amplius quàm ad soluenda debita. vide tit. Usura VI. Quoad restitutionem.

DEO IESV CHRISTO

honor & gloria in aeternum.

GGg 5 INDEX

